



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XLVI. Paupertas D. Augustini in cultu externo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

CAPVT X L V I .

*Paupertas D. Augustini in cultu
externo.*

RE LI Q Y V M vt ad ea veniamus quæ Romniū possunt oculis usurpari. Cum probè nosset, fordes apud vulgus contemptum parere, splendorem verò non carere vituperio; sectatus est in victu & vestitu (vt & in aliis omnibus) auream mediocritatem, non nimis nitida vel abiecta consestando; ideoque numquam, vt refert Pos-
fidius, clauem vel annulum gessit; magis compositione morum, quam vestium ornatu placere contentus. Vestem autem se-
ricam, byssinam, aut vulgo pretiosam in-
duere prorsus erubuit: & si quæ similis of-
ferretur, mox vendebat, pretio dunitaxat
in commune redacto: *Non enim*, inquiet-
hat, *decet hæc membra, hanc professionem:* Bern. lib.
adeò vt Ecclesia meritò vocet illum *Ama-* De modo
torem paupertatis. Ut enim qui procantur, benè vi-
in amoris signum concoloribus amasiarum
induunt se vestibus, & in eum finem etiam
illicitis quandoque artibus utuntur, suffu-
rando cimelia parentum: ita S. Augustinus
paupertatis huius sacræ, velut carissimæ
sponsæ incensus ardenti desiderio, quoad
eius facere potuit, in omnibus rebus eius

Cap. 24.
Vita.

Bern. lib.
De modo
benè vi-
undi, c. 9.

D. Augu-
stinus ama-
tor pauper-
tatis.

indolem, ut ita dicam, ac colores expressit,
non in vestibus opere Phrygio factis, vel
byfso aut purpurā constantibus, verūm iis
quæ modestiam aspicientibus insinuarent.
Eamdem virtutem obseruauit in ædibus,
supellectili, & Episcopalibus ornamentis:

Martin. V. vti docent pedum eius Pastorale, neuti-
ferm. De quam ex auro vel argento, sed his longè in-
translat. feriore materiâ: similiter & mitra, quam
S. Monicæ Valentiaæ nos asseruamus, ex linteo dum-
taxat albo fuit. Quin adeò sanctæ pauper-
tatis erat studiosus, vt ob eam Ecclesiæ suæ
vasa sacra cimeliaque, in usus pauperū dis-
traheret. Ac ne quidem post mortem diui-
tias & paupertatem desit auersari, dum (vt
Inf. c. 68. latius docebitur) noluit corpus suum à re-
ge Luitprando sumptuosâ ueste ornato
deferriri.

CAPVT XLVII.

*Temperantia D. Augustini in viciu: detre-
ctationis execratio: pauperum, & maximè
iuuentutis, studiosa cura.*

ME N S A est usus Episcopus tenui ac
frugali: ea non opiparis ferculis, vel
argenteâ supellectile renidebat, sed vas
ligneis præter cochlearia erat instructa; non
quidem ob inopiam, sed voluntatem pau-
pertatis studiolam. Vescebatur autem, vt
fem-